Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0002-6

1792.

1. * Ackermannus, Johannes Siegfridus: Responsa juris VI, VII, VIII. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores memoriam Johannis Siegfridi Ackermanni recolendam indicunt.

2. * Wendlerus, Augustus Adolphus: Responsa juris X, XI et XII. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores fac. jur. solemnia doctoralia Augusti Adolphi Wendleri indicunt.

3. Baumannus, Joachimus Mauricius Guilielmus: Divus Gordianus sive de vita et constitutionibus M. Antonii Gordiani III. Imperatoris

4. Fleck, Ferdinandus Gotthelf: De tollenda jurium et obligationum confusione per hereditatis aditionem exorta

5. Green, Aug. Frider. Sigismundus, fac. jur. procancellarius: De transmissione hereditatis delatae non aditae. Programma, quo solemnia doctoralia Joannis Friderici Hermanni indicit.

1792.

6. Hermannus, Christianus Gottfried, fac. jur. procancellarius: Quatenus vidua, ex statuto locali in Electoratu Saxonico succedens marito, ad collationem bonorum sit obstricta? Programma, quo sollemnia inauguralia Joachimi Mauritii Guilielmi Baumanni indicit.

7. Hermann, Joannes Fridericus: De mortis causa donationum conjecturis ex mortis mentione capiendis.

8. Kindius, Carolus Christophorus: De justitio nundinarum Lipsiensium

9. Knoetzschker, Joannes Christianus: Ausus pontificum Romanorum vicariatum S. R. imperii sibi arrogandi

10. Knoetzschkerus, Joannes Christianus: Origines vicariatus S. R. imperii ex ducum Francorum et Saxonum principatu deductae.

11. Knoetzschkerus, Joannes Christianus: Historia vicariatus S. R. imperii inde a magno sic dicto interregno usque ad Auream bullam juris Germanici publici-

1792.

12 Leonhardi, Fridericus Gottlob: de legibus agriculturae causa in Saxonia Electorali latis ... Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

13. Ludwig, Christianus Fridericus: De lavationis in fluminum salubritate.

14. Platnerus, Ernestus: Vindiciarium sententiarum probabilium per systematis condendi festinationem de physiologia rejectarum. p. III. parenchyma.

15. Ruediger, Christianus Fridericus: ((De effectu refractionis in ortum et occasum stellarum computando.) Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

16. Sickelius, Joannes Conradus: Diocletianus et Maximianus sive de vita et constitutionibus C. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii Valerii Maximiani.

17. Stockmannus, Augustus Cornelius: Papirii Justi, Icti Romani fragmenta ...

1792.

18. Wendlerus, Augustus Adolphus: De testamenti factione mulierum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0006-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0008-0

10420

1792, 1.

ORDINARIVS

SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES

MEMORIAM

IOHANNIS SIEGFRIDI ACKERMANNI

MERCATORIS QVONDAM LIPSIENSIS

SOLENNI ORATIONE

D. XXVII. IAN. A. C. CIƆDCCXCII.

IN AVDITORIO ICTORVM

RECOLENDAM

INDICVNT

INSVNT RESPONSOR. IVRIS

VI. VII. VIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0009-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0010-1

Reſponſ. VItum.

Inſtituto inepte proceſſu executiuo, quanquam reconuentioni locus denegandus eſt, reconuentus tamen expenſas litis non recipit, vt hae potius compenſandae ſint.

Quidam V. actione contra emtorem K. ad implementum emtionis inſtituta inſtrumenti recognitionem poſtulauerat, ſimulque, ſuae cauſae non omnino confiſus, iudicem implorauerat, vt in euentum, ſi precibus hiſce non concedendum eſſe iudicantibus videretur, ſimul reum iuberet reſpondere, litemque conteſtari. Quam petitionem poſtquam iudex ſecutus in citatione inſtrumentum recognoſcere iuſſerat, ſimulque, in euentum deficientis executiui proceſſus, reſpondere, morem gerere reus ſatius fore ratus, negata, ob exceptiones proceſſus executiui ineptitudinem loquentes, recognitione, litem conteſtatus fuerat, ſimulque ob executiuum proceſſum principaliter inſtitutum parauerat reconventionem. Quo facto, quum apparuiſſet, inſtrumentum, ob omiſſam rei venditae idoneam deſcriptionem, per ſe ad condemnandum reum non ſuppetere, adeoque proceſſu ordinario opus eſſe, non dubitauimus liti a reo conteſtatae inhaerere, et actori eorum, quae reus negauerat, probationem

imponere, ſimulque adeo reconuentioni locum denegare. Quod quum videretur expenſarum reſtitutione reconuenientem onerare, hanc in propoſito exemplo conſecutionem negauimus, iuſtius fore rati, ſi has ab actore reus impenſas reciperet. Ille enim, quem elegerat executiuum proceſſum, quum idoneum agnouiſſet, ſimul reconuentionis, cui ipſe ſua petitione cauſam dederat, non poterat non aptitudinem agnoſcere. Verum enimuero nec reus inſons apparebat. Obiecerat ineptitudinem actoris petitioni. Huic exceptioni inſiſtendum et ſententia expectanda erat. Vt adeo de impenſarum onere, quod alter ignorantiae, leuitati alter acceptum ferebat, ex neutra parte iuſta querela apparuerit. Quam ob rem cauſa eiuſmodi a Praefectura Chemnitienſ. his ipſis diebus oblata decreuimus: *Dieweil nach Ausweiſung derer beygelegten Achten dem intendirten* Executiu Proceſſe *nicht ſtatt gegeben, vielmehr auf Beweiß der angeſtellten Klage erkannt, mithin der Rechtsſtreit in den ordentlichen Proceß eingeleitet worden, ſo hat Wiederklägers Suchen nicht ſtatt, die auf dieſen Proceß verwanten Unkoſten aber ſind, da Wiederbeklagter ſolche ſelbſt veranlaſſet, billig gegen einander aufzuheben V. S. W.*

Reſponſ. VII.

Stipulatio alterius fauore facta quatenus obliget?

Poſſe promiſſorem, quod in tertii commodum ſtipulanti promiſerit, ante illius tertii acceptationem reuocare, et contra, tertium ſibi promiſſum poſt mortem promiſſoris valide acceptare, profitetur HOMMELIVS Rhapſ. Obſ. 248. Videamus, an recte. Perſpectis *Titt. I.* ac *Dig. d. V. O.* illo-

que

que *I. d. inutill. Stipulatt.* intelligimus, hanc fuiſſe Romanorum in conſtruendis obligationibus rationem, vt exiſtimauerint, ciuiliter intereſſe non poſſe, ſi non ipſius promiſſarii pecuniariter, vt ita dicam, interſit, fieri, quod promiſſum ſit. Hinc ex promiſſione non ſtipulanti, ſed alteri, proficua, niſi hic in illius poteſtate conſtitutus, vel poenae loco quid promiſſum fuerit, vel ob aliam cauſam ſtipulantis pecuniatenus interfuerit, *pr.* §. 4. 9. *I. d. inutill. ſtipulatt. l.* 38. §. 20 *ſq. l.* 118. §. *fin. D. d. V. O.* nihil, et alteri quidem nunquam debebatur. Germani cum Romanis in eo conueniunt, vt non ex ſola pollicitatione, ex promiſſarii potius acceptatione obligationem deriuent, promiſſioni vero ſanctitatem fidemque inuiolabilem tribuant, cauſae, ob quam intereſſe poſſit, parum ſolliciti. Neque profecto mirum cuiquam videri debet, vere intereſſe mea, vt fiat, quod alteri commodum promiſſum ſit, quanquam neque ex implemento ditior, neque ex eius defectu pauperior euado. Nonne amicitiae, nonne liberationis ergo ab imperfecta obligatione intereſſe poteſt? Quis non, vt amico, vt fratri bene ſit, optauerit? Cuius egeni ſuſtentationem ſubſidiariam ſi quis ad ſe pertinere exiſtimauerit, quis facile miretur?

Quum igitur ſententiae, quam BERGERVS contra diſſentientium ſuo tempore multitudinem *in Oecon. Iur. L. III. Tit. III.* §. 3. tuetur, ſtipulationes alteri proficuas Germanorum iure non eſſe inutiles, hodie vox omnium acclamet, videor mihi non inepte colligere, ad conuentionum naturam eas eſſe reuocandas. Et quoniam has mutuo conſenſu conflatas mutuo demum contrario conſenſu diſſolui poſſe ſcimus, *l.* 35. *D. d. R. I.* conſequitur, promiſſionis reuocationem, pendente promiſſarii acceptatione, inuito ſtipulatore, fieri non poſſe, vt potius, quamdiu hic in voluntate ſua manet, pro-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0013-8

miſſario promiſſum acceptatione ſuum facere liceat. Eandemque ob cauſam acceptandi veniam poſt promiſſoris mortem contra eius heredes promiſſario, tum demum largior, ſi ſtipulator in voluntate ſua perſeuerauit, non, ſi promittenti obligationem in ſe ſuſceptam remiſit, quod, quominus ante acceptationem fieri poſſit, non apparet. Mater S. minori ex filiis, vt aedes ſibi compararet 80 fl. mutuos dederat, mutuos ab alio acceptos, certosque agros creditori hypothecae cauſa obligauerat, dein, hoſce agros obligatos aliosque plures ſeniori filio filiaeque donauerat. Quo facto iunior, vt dilationem impetraret, matri fundum in eius et heredum ſecuritatem pignoris nexui ſubiecerat. Poſt mater debitum et pignus debitori remiſerat. Quibus ita peractis, iunior a ſorore fratrisque ſenioris mortui filio, vt agros ſuos eius cauſa obligatos a pignoris nexu liberaret, conuentus remiſſionis a matre ſtipulante ſibi factae, donationisque ad praeſtandam euictionem non obligantis exceptionibus vtebatur. Quibus quidem adiicere calculum non dubitauimus, ſententia ante paucos dies in hunc modum concepta:

Dieweil, wenn ſchon I. R. S. in dem fol. 9. ſq. actor. ſub T. S. no. 2130. *mit Beklagtem errichteten Vertrage ſich von ſelbigem, wegen derer für ihm unter Verpfändung ihrer Grundſtücke erborgten* 80 *fl. zu ihrer und ihrer Erben Sicherheit gewiſſe nahmentlich angegebene Aecker verpſänden laßen, und, da ſolches, wie aus Zuſammenhaltung der* fol. 10 *gedachter Achten, und* fol. 5. hor. *befindlichen Zeitbemerkung zu erſehen, nachdem ſie ihre verpfändet gehabten Grundſtücke Klägern, bereits abgetreten gehabt, geſchehen, daß ſie dabey derer lezteren Vortheil beabſichtiget habe, zur Gnüge erſcheinet; Gleichwohl da Klägere bey Eingangs erwähntem Vertrage ſo wenig concurriret, als, daß ſie das von Beklagtem der Mutter gethane Verſprechen gegen dieſe mit deren Bewilligung acceptiret hätten,*

anzu-

anzuführen vermocht haben; Hiernächſt beſ. fol. 5. ſſ. *Klageren, indem ſie die daſelbſt angezogenen Grundſtücken von mehrberührter ihrer Mutter geſchenekt bekommen, das Verſprechen, daſs ſie ſolche ſchuld und pfandfrey erhalten ſollen, keinesweges geſchehen; Ohne dergleichen Zuſage aber Schenkungen zur Gewährsleiſtung nicht verpflichten; Dieſemnach die Schenkgeberin Beklagtem die ihm auferlegte Verbindlichkeit zu entnehmen berechtiget geblieben, welches ſie denn auch beſ.* fol. 24. ſq. *und* 25 ſq. *in der That gethan, und Beklagtem nicht nur die Erſtattung derer fur ihn erborgten* 80 *fl. nebſt der deſshalb übernommenen Pfandſchafts Verpflichtung unter gegenſeitiger Annehmung erlaſſen, ſondern auch, daſs dieſe Schuld aus denen von ihr deſshalb verpfändeten Grundſtücken getilget werden ſolle, ſich zugleich erkälret; Welchemnach Klägern, da ihnen Grundſtücke die zuvor verpfändet geweſen, geſchenkt worden, ſolche aus eignen Mitteln pfandfrey zu machen, und die Rechtsregel* res tranſit cum onere *anzuerkennen ſich nicht endbrechen mögen, ſo iſt etc.*

Reſponſ. VIII.

Cautela Socini heredem ab obligatione edendi inuentarii ſeu iuratae ſpecificationis liberet, an minus.

Inprimis celebris eſt, et agitata controuerſia, heredi, cui legitima debetur, auxiliante cautela Socini an iure ademta eſſe videatur facultas, poſtulandi a cohaerede inuentarii iurataeue ſpecificationis editionem. Et negandum non eſt, deciſionem eius difficultatibus premi ex vtraque parte non exiguis. Qualemcunque, modo poſſibilem, conditionem cum heredis inſtitutione efficaciter coniungi, ſcimus omnes *l.* 8. *l.* 13. *D. de Conditt. Inſtitutt.* vt a conditionis euentu ipſa inſtitutio pendeat. Et quanquam *l. fin. D. eod.* docemus, filium ſuum ſola

ſola eius conditionis adiectione obligari, cuius implementum in eius poteſtate eſt, quas ſchola poteſtatiuas appellare, iisque caſuales et mixtas opponere ſueuit conditiones, tamen, ſi quid video, illa iuris antiqui ratio IVSTINIANI conſtitutionibus immutata, et, quae prodiit noua iuris facies, quemadmodum, vt plures alias taceam, ex §. 3. *I.* et *l.* 32. *C. d. Inoffic. Teſtam.* iunct. *Nov.* 18. *Cap.* 1. it. *Nov.* 115. *Cap.* 3. *et* 4. intelligimus, haec eſt: Trientem vel ſemiſſem liberis ac parentibus inſtitutionis titulo abſque vllo onere deberi, vt omnes omnino limitationes, a conditione, tempore, modo vel alius generis cauſa pendeant, adeoque ſimul poteſtatiuae conditiones, quaſi non adiectae, negligantur: Contra, quae praeter ſemiſſem trientemue, in patris matrisque familias bonis contineantur, eiusdem legis, qua extranei obligantur, adiectione non minus efficaciter parentibus liberisque, ſui, an emancipati ſint, relinqui. His praemiſſis, quae tanquam principia, ex quibus exeundum eſt, neceſſario praemittenda ſunt, ſi fingimus, filium ex aſſe ſic heredem inſtitutum, vt bonorum omnium hereditate comprehenſorum fructus matri, quoad vixerit, relinquant, quoniam vtile, ſi fieri poteſt, ab inutili ſeparandum eſt, filius heres, legitimam ſeparando, eandemque pleno iure ſibi vindicando, fructusque ex reliqua hereditate matri praeſtando, ſuo iure *d. l.* 32. *C. d. inoff. teſtam.* ac *Nov. XVIII. Cap.* 3. diſerte confirmato vtitur. Quod heredis neceſſarii beneficium in generali eiuſmodi diſpoſitione eousque interpretes protendunt, vt, ſi praeter hereditaria, bona eiuſmodi adſint, quorum ſucceſſio non ex teſtamento ex alia potius cauſa filio debeatur, puto fideicommiſſaria, feudalia, expeditoria, non ea ſolum ſingula, ſed praeterea legitimam hereditatis partem ab vſusfructus onere immunem heredi tribuant. Hanc ex modo laudatis legibus, illa, quoniam teſtator non ſit exiſtimandus, ſucceſ-

ſionis

ſionis ordinem et rationem fideicommiſſo, pacto et conſuetudine ſtabilitum, inuertere, vel coarctare voluiſſe. Et quoniam decantatum illud, teſtatorem ex praeſumtione iuris heredem praecipue dilexiſſe, nemo ignorat, quid iure huic ratiocinio obuerti poſſe videatur, non inuenio.

Sin vero ponimus, teſtatorem apertius in hunc modum diſpoſuiſſe, vt filium heredem ſcriptum iuſſerit, ſinat matrem integra ſubſtantia vti frui, adiecta, in euentum, ſi hanc legem omnino adimplere diſplicuerit, inſtitutionis ad legitimam reſtrictione, matrisque in reliqua bonorum parte ſubſtitutione, quid huic teſtatoris legi iure obiici poſſit, non apparet. Quamquam enim fructuum ex legitima capiendorum ademtionem IVSTINIANVS in *Nov. XVIII. cap.* 3. reprobat, et quodammodo impiam exponit, profecto adeo turpis exiſtimanda non eſt, vt ne in arbitrium heredis quidem collocare liceat, hoc emolumento ex legis neceſſitate ei relinquendo, an alio, eodemque vberiori, beneficio carere malit. Vt potius hac licentia teſtatorem potiri vltimarum voluntatum ratio omnino demonſtret, quae pro commodo relicto heredem ac legatarium onerare, conditionesque, modo nec natura, nec lege impoſſibiles, modo fraus legitimae non fiat, vtrique praeſcribere ſinit. Si cum herede quidem, quem teſtator ipſum commodi ex inſtitutione capiendi arbitrum conſtituit, fraudulenter agi, ne cogitari quidem poteſt. Quam ob rem, quia iure ſuo qui vtitur alteri iniuriam non facit, pupillum minorisue aetatis heredem eundemque maiorennem nulla differentia intercedit, vt potius, cuiuſcunque aetatis ſit, vel morem gerere teſtatori, vel hereditate praeter legitimam carere debeat. Vt tantum, ſi eiusmodi minorennis heredis exemplum prodeat, matrem vel nouercam nimis tenacem ad preces tutoris compellendam putem, vt condignos

filio vel priuigno ſumtus alimentorum educationisque ſuppeditet.

Iisdemque argumentis hoc ſimul effici communis interpretum eſt ſententia, teſtatorem, qui inuentarii vel conſignationis iureiurando confirmandae editionem ab hereditatis poſſeſſore petere prohibeat, inſtitutionisque ad legitimam reſtringendae comminationem adiiciat, iure ſuo vti. Quod videtur verum, aequis partibus eiusmodi prohibitus cum reliquis inſtitutus, an ei definita ſors, vel fundus aliaeue res adſcriptae ſint, quibus acceptis a reliqua hereditate abſtineat. Quoniam, vtcunque res comparata ſit, ab arbitrio heredis pendet, malitne legitimam, quae vna ſibi debebatur, perſequi, mediisque ad eam obtinendam in iure proditis vti, vel teſtatoris voluntatem ſequi. Cui accedit, impium videri, vel patrem impium, vel malum ſuſpicari eum, cuius fidem dexteritatemque pater probauerit. Quam ob rem collegium noſtrum, oblata eiusmodi ante hunc menſem, et quod excurrit, interrogatione, obſequendum eſſe patris iuſſui, reſpondere non dubitauit. Equidem cum LEYSERO *in Spec.* 396. *Medit.* 3. prohibitionem eiusmodi, etſi non omnino fraudulentam, argumento tamen *l.* 6. *et* 8. *pr. et* §. 17. *D.* et *l.* 8. *C. d. Tranſact.* iniuſtam et reprobandam aeſtumare ſatius duxerim. Praeſertim, quod a turpitudinis nota vix omnino immunis videtur, qui iuris remedio heredem exuere directe, vel per indirectum ſtudet. Idem ſentit CHR. WILLH. KÜSTNER *in Progr. d. a.* 1765. cui rubrum eſt; *Remiſſion. iurat. ſpecificat. cum cautel. Socini coniunctam inutil. eſſe cautelam*, in eandemque ſententiam, ſi recte memini, Provocatt. Senatus inclinat. Verba reſponſi a collegio exhibiti haec ſunt:

Ob nun wohl nach dem Eingange in 12ten §pho der vorhandenen Diſpoſition, *der Erblaſſer in denen Gedanken, daß er unter ſeinen Kindern Gleichheit beobachtet habe, zuſtehen ſcheinet, in der Geſchichts-*

ſchichtserzählung aber, daß dieſes ſich nicht alſo verhalte, angeführet wird, vielmehr die beyden älteſten Söhne wegen derer ihrentwegen aufgewendeten anſehnlichen Koſten und ihnen zugetheilten Grundſtücke einen beträchtlichen Vortheil vor der Tochter und denen beyden jüngſten Söhnen genießen, ingleichen eine geraume Zeit lang, binnen welcher der Erblaſſer krank und unbehülflich darnieder gelegen, das ganze Vermögen zu eigen beliebiger Diſpoſition im Beſitz gehabt, woraus denn, jemehr von jedem Vater gleiche Zuneigung gegen alle ſeine Kinder rechtlich zu vermuthen, daß der Teſtirer irrig, und, wenn er von der wahren Lage der Sachen unterrichtet geweſen wäre, eine andere Eintheilung und Anordnung getroffen haben würde, geſchloſſen, und hieraus, da derſelbe die Abforderung eines eydlichen Verzeichniſſes nicht ſchlechterdings unterſaget, vielmehr ſie gegen den einer vorſäzlichen Gefährde Verſchweig- und Zurückhaltung zu überführenden ausdrücklich geſtattet, daß ohne Rückſicht auf dieſe Einſchränkung ſolche von denenjenigen, ſo im Beſitz und Verwaltung des Vermögens geweſen, gefordert werden könne, ſich um ſo vielmehr anſehen laßen könnte, je mehr auſſer denen einem jedem Kinde nahmentlich zugetheilten Grundſtücken und ſeinetwegen gemachten Verfügungen ſich ſelbige in das übrige gleich zu vertheilen haben; Ob aber dieſes auch in der That geſchehe, ohne vorgängige dergleichen Anzeige und Rechnung über die geführte Verwaltung mit Zuverläßigkeit nicht zu beurtheilen iſt; Weßhalb für einen Wiederſpruch zu achten ſeyn möhte, jemanden zum Erben, und hiermit zum Nachfolger eines gewiſſen Theils derer hinterlaßenen Güther zu verordnen, und ihm zugleich die zur Gelangung dazu erforderlichen Mittel zu entziehen; Da es denn allerdings den Anſchein gewinnet, daß die Erlaſſung eines eydlichen Verzeichniſſes zum Nachtheil dererjenigen, welchen der Pflichtheil gebühret, und welcher leztere ohne ſolches mit Gewißheit nicht zu beſtimmen iſt, auf keine Weiſe zu geſtatten ſey, welcher Meinung LEYSER in Medit. 3. Specim. 396. ausdrücklich beypflichtet; Dem zu Folge des Teſtirers Verboth ohne zu befürchtenden Nachtheil außer Augen zu ſetzen

ſeyn würde, in noch weitern Betracht durch deſſen Befolgung diejenigen, ſo im Beſitz und Verwaltung des Vermögens geweſen, ihre Miterben zu verkürzen, die bequemſte Gelegenheit erhalten würden, da gleichwohl bekannt, daß die Rechte alle inuitationes ad delinquendum verwerffen, und deßwegen den Erlaß eines gefährlicher Weiſe zuzufügenden Schadens für unkräftig erklären; Und denn dieſes alles beſonders in Anſehung derer annoch unmündigen Erben rechtlichen Beitritt verdienen dürſte, da die Vormundſch. Ordnung vom 10den Octbr. 1792. wieder dergleichen Teſtamentariſche Verfügungen Cap. V. §. 6. zu ſtatten zu kommen ſuchet:

Dennoch aber und dieweil einem jeden in der Regel frey ſtehet, mit dem ſeinigen willkührlich zu gebaren, ſeinen Erben unbedingt, oder unter gewiſſen nahmhaft gemachten Einſchränkungen oder Bedingungsweiſe, wenn nur leztern Falls die Bedingung in keiner geſezwiedrigen Handlung beſtehet, zu benennen; Auch in ſo weit damit keine Verkürzung im Pflichtheile verbunden iſt, dieſes unter Eltern und Kindern keine Ausnahme leidet; Daß aber, wenn Kindern auferleget worden, den Nachlaß aus des Beſitzers Händen ohne vorgängige eydliche Anzeige derer dazu gehörigen Stücke zu übernehmen, oder, wenn ſie dieſem Verbothe entgegen handeln wurden, mit dem Pflichttheile ſich zu begnügen, und das übrige dem Beſitzer, als ſolchenfalls ſubſtituirten Erben zu überlaſſen, dieſes fur einen Eingrif in dem Pflichttheile, oder ſonſt fur eine geſezwiedrige Handlung nicht zu achten ſey, aus folgenden erſcheinet; Da um jenen Anſchein zu wiederlegen, auf derer Kinder Willkuhr beruhet, ob ſie des Vaters Willen befolgen, oder ſich ihres Rechts gebrauchen, und leztern Falls mit den Pflichttheile ſich begnügen laſſen wollen, weßhalb, daß l. 32. C. d. inoffic. teſtam. dieſer Verordnung entgegenſtehe, um ſo weniger zu behaupten, je rechtſchaffenere Zuneigung von jedem Vater gegen ſeine Kinder zu vermuthen, mithin, wenn er auch dem einen mehrere Vortheile gegönnet, daß er das geringer geſezte mittelſt Umſchlags der Sociniſchen;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0020-6

ſchen: Cautel ſogar an dem geſetzmäßig gebührenden Erbtheile habe verkürzen wollen, nicht zu glauben iſt, auch eben deßwegen die Kinder ſich verſichert halten können, daß ſie durch Befolgung der väterlichen Vorſchrift ſich mehrern Vortheil, als durch Erwählung des Pflichttheils, verſchaffen; Dieſen für überzeugender geachteten Gründen auch die mehrſten bewährten Rechtslehrer v. Berger. *Oecon. Iur.* L. II. Tit. 4. §. 50 *not.* 9. it. *Reſp.* 255. 268. *Part. II.* Wernher, *p. IX. Obſ.* 159. Mencken, *ad Pandect. L.* 34. *Tit.* 9. §. *fin.* Hommel. *Rhapſ. Obſ.* 31. *und nebſt ſelbigen der Gerichtsbrauch beypflichtet; Auch, da für wahr zu halten, daß einem Vater in ſolcher Maaße unter ſeinen Kindern zu disponiren frey ſtehe, nach der Rechtsregel,* qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit, *in Anſehung derer Unmündigen keine Ausnahme zu geſtatten iſt; Dagegen die Vormundſchaftsordnung in obangezogener Stelle hiervon zwar nicht allerdings abweichet, jedoch, daß dem Richter ein verſiegeltes Inventarium oder Verzeichniß übergeben, und ſolches, wenn ſich wegen Sicherſtellung und Vermögensverwaltung des Unmündigen Verdacht ereignet, oder andere dringende Umſtände eintreten, zu eröfnen gebiethet:*

So iſt zwar die G. ohne Gefahr, biß auf den Pflichttheil zurückgeſetzt zu werden, ein eidliches Verlaſſenſchafts-Verzeichniß und Adminiſtrationsrechnung ihren Miterben abzufordern, nicht berechtiget, dagegen dem Vormund derer unmündigen Söhne allerdings zukommt, dafür, daß der angezogenen Vorſchrift der Vormundſchafts-Ordnung nachgegangen werde, beſorgt zu ſeyn. V. R. W.

ſufficiant haec praemiſſa recolendae memoriae

IOANNIS SIEGFRIEDI ACKERMANNI

viri honeſti et mercatoris quondam Lipſienſis, qui ſub medium huius ſeculi, quum defuncturus eſſet, ſtudium litterarum, quarum cultores in vita munificus iuuerat, etiam in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0021-2

teſtamento expreſſit, dum, Borniani ſtipendii exemplo euocatus, aequalem ſortem mille ioachimicorum collegio noſtro legauit, vt vſurae ſtipendii loco ſtudioſo iuris, inprimis filio noſtratum, per biennium tribuerentur, isque memoriam honeſti huius inſtituti, eiusque authoris, oratione gratus in auditorio noſtro celebraret.

Quo beneficio quoniam Ordinarii filius, cognomine Mauritius, fruitur, is quidem hoc officio proximo Veneris die, qui quidem XXVIImus Ianuarii in quibusdam faſtis Siegfrido adſcriptus legitur, hora ſolenni ante meridiem nona functurus eſt.

Vt vero Rector academiae Magnificus, Celſiſſimus Princeps, Proceres vtriusque reipublicae Grauiſſimi, Illuſtriſſimi Comites, Liberique Barones, Generoſiſſimique ac Generoſi domini Commilitones, hanc Panegyrin praeſentes illuſtrare et condecorare beneuole velint, omnes ac ſingulos his litteris obſeruantiſſime cupimus rogatos.

Lipſ. Domin. III. poſt Epiphan. A. C. CIↃIↃCCXCII.

Ex Officina Saalbachiana.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0022-8

Leipzig, Diss., 1732

ULB Halle 3
005 358 981

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0025-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0026-0

10420

1792, 1.

ORDINARIVS

R ET RELIQVI ASSESSORES

MEMORIAM

ANNIS SIEGFRIDI

CKERMANNI

TORIS QVONDAM LIPSIENSIS

OLENNI ORATIONE

D. XXVII. IAN. A. C. CIϽDCCXCII.

AVDITORIO ICTORVM

RECOLENDAM

INDICVNT

NSVNT RESPONSOR. IVRIS

VI. VII. VIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495201-p0027-6